



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 31. Marcus Antonius Columna usque ad Romanæ Urbis portas
populabundus excurrens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](#)

Sæcul. XVI. tur, sequentesque proponunt conditio-
A.C. 1556. nes. I. Summus Pontifex in amicitiam
 redeat cum Philippo Rege; II. cautio-
 nem illi det, se nunquam ipsi molestiam
 illaturum, nec fœdus contra eum ini-
 turum; III. Hispaniæ Regis subditos,
 ac ministros, qui erant in custodia, li-
 beret; IV. Marcum Antonium Colum-
 nam, & Ascanium Corneum in pristi-
 num statum, ac dignitates recipiat.

Verum postremus hic articulus mi-
 nus arridebat Cardinalibus, quapropter
 palam testabantur, quod ex illis nul-
 lus ejusmodi rem Pontifici proponere
 auderet: Nihilominus Prorex pertina-
 citer suo insistebat postulato, & quam-
 vis postea conventum esset, quod inter
 ipsum, & Cardinalem Caraffam in Mo-
 nasterio inter Marinum, & Tusculum
 sito, quod Cryptam Ferratam vocant,
 colloquium haberetur, Caraffa tamen
 non interfuit, quocirca de concordia
 haud amplius agebatur, sed belli flam-
 mæ pristino furore accendeantur.

§. XXXI.

*Marcus Antonius Columna usque ad
 Romanæ urbis portas popula-
 bundus excurrens.*

Thuan. l. 17. ^{524.} Interea Albæ Dux Paliano ad lævam
^{525.} reliquo cum exercitu suo Lobicum,
 seu Valmontanum contendit; hoc enim
 oppi-

oppidum eidem Joannes Baptista Conti, **Sæcul. XVI.**
 seu de Comitibus unacum Seguina urbe **A.C. 1556.**
 pactis conditionibus honestis tradide-
 rat. Sub idem quoque tempus Joan-
 nes Luna Mediolanensis arcis Guber-
 nator eandem per Filium suum Triden-
 tino Cardinali, qui Mediolanensi Du-
 catui cum summo imperio præerat, tra-
 didit, atque exiguam meritis suis gra-
 tiā reddi, nec ullam illius, quam
 nuper Cæsari egregie in bello Senensi
 navaverat, operæ memoriam haberi in-
 dignatus, ad Franciæ Regis vexilla
 transiit: Postea Marcus Antonius Co-
 lumna media nocte cum mille quingen-
 tis cataphractis equitibus e castris eges-
 sus ad portas usque Urbis Romanæ
 excurrit, & frustra insidias molitus, si
 forte incautos Pontificios milites in-
 opine intercipere posset, multis gregi-
 bus, & armentis abactis retro cessit: id
 tamen magnum terrorēm Urbi inie-
 cit; jam enim Romani civitatem suam
 ab hoste cingi verebantur. Demum
 Albæ Dux Tiburi, cui Franciscus Ursi-
 nus sese cum quadringentis Italī in-
 cluserat, exercitum suum admovit, ca-
 ptaque urbe recta Vicum - Valerium di-
 tionis Ursinæ oppidum contendit, illud-
 que Ursinis dditionem facientibus oc-
 cupavit, atque in Ascanii Cornei pote-
 state reliquit, inde vero aditus ad an-

Cc 4 nonam

Sæcul. XVI. nonam Taliacotio inferendam, liber-
 A.C. 1556. que ex Aprutio transitus Hispanis ape-
 riebatur. Porro arx a quinquaginta
 circiter præfidiariis adhuc tenebatur,
 quorum Dux a Corneo ad colloquium
 evocatus, cum imprudenter egressus
 esset, ab eo retentus est, nec prius
 dimissus, quam dedita arce Hispani in
 eam recepti essent.

Interea Romæ omnia confusa, ac
 perturbata videbantur, eoquod hostis
 adeo propinquus terrorem ubique diffun-
 deret, ac Pontificis copiæ in Hispanos
 excurrere non auderent; aliunde etiam
 Camillus Ursinus, penes quem armorum
 summa in Urbe erat, destructis pleris-
 que domibus, ac templis ad Flaminiam
 portam intra pomerium munitiones ex-
 citabat, ac domi militem continebat:
 quod populo non solum molestiam,
 sed magnam animi consternationem
 afferebat; nam quasi de reliquo actum
 esset, suspicabantur Romani: ut vero
 Blasius Montlucus terrorem populo adi-
 meret, extra urbem castra metari con-
 stituit, cumque Romanis de ejus forti-
 tudine persuasis percarus esset, hinc
 oratione ad populum habita dejecto-
 rum animos erigere rogabatur, quod
 etiam præstítit, populo illius sermonem
 avidis auribus excipiente, atque ad
 constantiam animato. Postea idem
 Mont-

Montlucus Veliram, ut auxiliares copias Sæcul. XVI.
in hoc oppidum introduceret, decerni- A.C. 1556.
tur, atque in illud cataphractorum cen-
turias immittit, quo facto ulterius in
urbe morari haud consultum ratus ad
fuum exercitum incolumis pervenit
quadraginta circiter millaria emensus
nuspian interrupto itinere.

§. XXXII.

*Belli errores a Pontificii exercitus
Ducibus commissi.*

Ceterum Pontificis exercitus decem pe- Thuan. l. 17.
ditum millibus, ac mille ducentis e-^p 526.
quitibus omnibus ad fortiter pugnandum
paratis constabat: Verum sub primis
expeditionis auspiciis quoddam sinistrum
consilium totam spem evertebat; cum
enim hisce copiis Albæ Ducem statim
aggredi oportuisset, atque ille, cum
nondum ad excipiendum hostem sat
paratus esset, facile inopino impetu ob-
rui potuisset, Pontificis tamen copiæ
intra Romanæ urbis mænia detineban-
tur, hacque cunctatione occasio, qua
magis opportuna sese haud offerre po-
tuisset, negligebatur. Hic error Ca-
millo Ursino fuit attributus; is enim
jam senex, ac proinde in rebus geren-
dis cauтор, ac non nihil timidus, tu-
tiora fere, quam generosiora consilia
sextabatur. Ceterum inter omnia loca,

Cc 5 quæ